



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 6. Circa Iubilæum Compostellanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

CAPVT VI.

Circa Iubilaeum Compostellanum.

PROBL. XII.

Potestas absoluendi à reſeruatis per hoc Iubilaeum conceſſa extenditur, & non extenditur ad contenta in Bullâ Cœnæ.

86
Non exten-
ditur.



ON extenditur. Quia huiusmodi casus habent specialem grauitatem, ac reſeruatiōem, ob quam non comprehenduntur sub generali conceſſione alicui facta absoluendi à reſeruatis Sedi Apoſtolice: ſed requiritur ſpecialis, & expreſſa horum caſuum mentio. Sic *Suar. de cenſ. diſt. 7. ſect. 5. num. 11. Rodrig. in addit. ad Bull. §. 9. num. 64.* Et confirmari efficaciter poteſt ex Extrau. *Eriſi Dominici, 1. & 2. de penit. & remis.* vbi expreſſè dicitur, in generali conceſſione caſuum reſeruatiōum non intelligi caſus Bullæ Cœnæ.

87
Extenditur.

Extenditur quidem. Quia caſus Bullæ Cœnæ multos poſt annos à conceſſione Iubilæi Compoſtellani fuere reſeruati. Nam primus, qui in Bibliotheca Vaticana reperitur hoſce caſus reſeruallè, fuit Gregor. XI. qui floruit circa annuſ. 1370. At Iubilæum Compoſtellanum conceſſum fuit, ab Alexandro III. & à Calixto & Anaſtaſio eius antecceſſoribus. Quod cum ita celeberrimuſ fuerit, non eſt præſumendum, Pontificem reſtrinxille. Quod maximè veriſimile apparet, cum omnis lex, ſtatutum, & diſpoſitio ſemper futuros caſus, & non præteritos reſpiciat, niſi præteritorum ſpecialem & expreſſam faciat mentionem ex textu in *leg. leges & conſtitutiones Cod. de legibus.* ibi: *Leges, & conſtitutiones futura certum eſt dare formam negotijs, non ad facta præterita reuocari, niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotijs cauſa ſit.* Ergo conſtitutio & lex diſponens, ne ſub generali conceſſione caſuum reſeruatiōum comprehendantur caſus Bullæ Cœnæ intelligi non debet de conceſſione facta in Iubilæo Compoſtellano, quæ prior fuit, cum illius expreſſam non geſſerit mentionem. Ita Caſtro Pal. *tom. 4. tit. 24. d. vñc. p. 12. n. 9.*

88
Conſeſſio.

Lubenter huic hæreo ſententiæ, hauđ præſumens hanc fieri reſeruatiōem illis, qui tanto la-
dore Baſilicam D. Iacobi ex remotiſſimis orbis partibus inuiſendæ accurrunt. Non tamen hinc inferas, poſſe virtute huius Iubilæi crimen hæreſis abſolui; crimen enim hæreſis ita eſt execrabile, vt nunquam fuerit ſub generali reſeruatiōum caſuum conceſſione contentum, vt aſſerit Nauar. *cap. 27. num. 275. Suar. de cenſ. d. 7. ſect. 5. num. 12.*

PROBL. XIII.

Præter poteſtatem absoluendi à reſeruatis conceſſit, & non conceſſit Iubilaeum Compoſtellanum commutandi vota facultatem.

89
Non conce-
ditur.

ON conceſſit. Quia eſto in Romano Iubilæo poſt Extrauagantem *Antiquorum*, & *Quemadmodum* hæc facultas conceſſa cenſetur: tempore autem, quo Compoſtellanum conceſſum fuit, non conſtat, conceſſam fuiſſe. Quinimò ex Bulla Alexandri Tertij colligitur, eo tempore nullam poteſtatem commutandi vota conceſſam eſſe Romano Iubilæo: ſiquidem affirmans, ſe concedere Compoſtellanæ Eccleſiæ omnes, & ſingulas indulgentias, & Iubilæum ipſius eodem modo & formâ, quo Romana Eccleſia habet, ſolum meminit poteſtatis absoluendi à reſeruatis, ſub qua diſpenſatio, & commutatio votorum minimè continetur. Ergo ſignum eſt, hanc poteſtatē in Romano Iubilæo tunc non viſuiſſe, ſicuti nec vigeat facultas componendi, ſeu remittendi incerta malè ablata. Quod verò poſtmodum hæ facultates Romano Iubilæo additæ fuerint, non probat, Compoſtello addi. Quia Compoſtellanum conceſſum eſt ad inſtar Romani tunc exiſtentis, ſed non futuri. Sic Caſtro Pal. *tom. 4. tit. 24. diſt. vñc. part. 10. §. 2. num. 11.*

90
Conceſſit qui-
dem.

Conceſſit planè. Quia eſt inſtar Romani, in quo conceditur poteſtas, vota omnia commutandi, excepto voto Ieroſolymitano, Caſtitatis, & Religionis, teſte Gloſſa magna in Extrauag. *Antiquorum* propè finem de *penit. & remis.* Præterea Iubilæum ſua ex natura continet poteſtatem commutandi vota, ſicut & absoluendi à reſeruatis; & ratione harum poteſtatum diſtinguitur ab Indulgentia, vt aſſerit Graſſis *lib. 5. c. 15. num. 29.*

91
Prima hære-
ſententiæ.

Satis probabilem hanc ſententiam putariſſe, ſed probabiliorem primam eſſe crediderim.

CAPVT VII.

Circa duarum hebdomadarum Iubilaeum.

PROBL. XIV.

Potes, & non potes, bis hoc Iubilaeum obtinere.

92
Potes, bis
obtinere.

ON tantum ſemel, ſed bis poſteris hoc Iubilæum obtinere, ſi opera iniuncta bis præſtes, vnâ & alterâ hebdomadâ. Quia beneficium Principis latè eſt interpretandum, quantum verba patuntur. At verba, quibus hoc Iubilæum conceditur, hanc admittit interpretationem, ſiquidem conceditur Indulgentia omnibus illis, qui præſata opera in vnâ & duabus hebdomadis geſſerit. Ergo ſi hebdomadâ ſecundâ ea opera repetas, ea præſtas in vnâ & duabus hebdomadis. Igitur conſequeris indulgen-